Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et factus est ephraim quasi columba seducta. non habens cor. egyptii in
uocabat. ad assirios abierunt. Et cũ profecti fuerint extendã super
eos rete meũ. quasi uolucrẽ cęli deiciã eos. cedã illos sedm ad inuen
tionẽ cetus eorũ. LXX. Et erat ephraim quasi columba insipiens. ñ habens
cor. egyptii in uocabat. et in assirios abierunt. sicut ibunt mittã sup
eos rete meũ. ut uolatile cęli deiciã illos. corripiã illos in aduentu tri
bulationis eorũ. Praecepit dns in euglio ut simus simplices quasi colum
be et astutu quasi serpentes. ut imitantes simplicitatẽ columbarũ. et
serpentis astutiã. nec aliis nocere possim. nec ab aliis patiamur insidias.
sed simplicitate et prudentia exhibeam hominẽ temperatũ. quia pru
dentia absq; bonitate malicia est. et simplicitas absq; ratione stultitia
nominat. factus est ꝗ ephraim quasi columba seducta. qd hebraice potha
ab aquila et simmacho ὁ εὐαρμένος. ut ΑΜΑΝΩΜΕΗΝ dicit. lectata. siue
decepta. et a LXX insipiens. siue insensata. ΑΗΟΙΟ enim utrũq; exprimi
potest. Et pulchre columba seducta. siue insipiens appellat. quia est co
lumba et sapiens que dicit in psalmis. Quis dabit mihi pennas sicut
columbe et uolabo et requiescã. Iuuis penne deargentate sunt. et pos
teriora eius in uirore auri. Ephraim autẽ columba insipiens. et ñ habens
cor. imitatũ brute mentis ostendit. ut egyptii in uocans. ad assirios p
rexerit. Qui enim egyptiorũ auxiliũ deprecatus est. ab assiriis capti
uus abducit. Baculus harundineus egyptius. cui qui innisus fuerit.
statim confringit eũ. et fractus atq; confractus. manũ transfoiat in cũ ben
tis. Et ut ostenderẽ eos commutantes loca. oculos eis uitare non posse
et semp dei regis potestate cũ in quit pfecti fuerint in assirios. extã ibi
extendã rete meũ et si exaltate fuerint ut uolucres. in de deiciam
illos. Deiciã aũ ñ in pditionẽ sed ut cedã quasi filios. et cedã non in
peratũ magnitudine sed in morte ut audientes uetera supplicia.
solus terroribus emendentur: Queritur cur ephraim ñ aliis auibus. sed
columbe sit comparat. Aues cetere pullos suos etiã cũ periculo uite
sue pugnare festinant. et cũ ad nidũ suũ accipitrẽ coruũ colubrũ siue
cornicẽ accedere uiderint. huc illucq; uolitant. et intentant se mor
sui. et unguibus laceriant. et dolorẽ patiuntur. querula uoce testantur. sola
columba ablatos pullos non dolet. ñ requirit. Et huic recte comparat
ephraim. qd uastatũ p partes pplm ñ sentiat. sed negligens sit salutis
suę. Qdq; dicit. cedã eos sedm auditionẽ cetus eorũ. et hoc significare
potest. Sicut iuncto consilio omis ydola fabricata sunt. ita mẽ iuncto
omis partim uastabuntur. Magistros contrariorũ dogmatũ qui xpm